



## **Archiepiscopatus Et Electoratus Trevirensis**

**Abtei Sankt Maximin <Trier>**

**Avgvstae Trevirorum, 1633**

Littera Z. nu.2. Regale Maximiliani I. Imperatoris super Abatiâ S. Maximini,  
Ioanni Archiepiscopo Treuir: & Principi Electori, 15. die mensis Iulij anno  
1495. datum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62152)

Littera Z. nu. 2.

REGALE MAXIMILIANI I. IMPERATORIS super Abbatiâ S. Maximini, Iohanni Archiepiscopo Treuir: & Principi Electori, 15. die mensis Iulij anno 1495. datum.

M. 371.  
Maximilianus I. Imperator ob benemerita Archieporum Treuir: de Regalibus & temporalibus, Ioannem Electorem, inuestit.

**M**AXIMILIANVS, diuina fauente clementia; Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Austria, Dux Burgundiæ &c. Fidelium nostrorū accedente consilio, & de certa nostra scientia, authoritate Romana Regali, recepto tamen prius & præstito Nobis ab eodem Ioanne Archiepo, Fidelitatis, subiectionis & obedientiæ iuramento debito & consueto, per omnes & singulos suos & Ecclesiæ Treuir: Comitatus, Districtus, Territoria, Domina, Oppida, Castra & Villas, etiam flumina, quæ Ipse Ioannes Archieps, diuisim aut communiter, habet & possidet, siue habere seu possidere deberet, Regalia & temporalia, ac quæcunq; Feuda Sux Ecclesiæ Treuiren: quæ singulare quoddam & insigne membrum Romani existit Imperij, cum Vniuersis & singulis suis Comitatus ac Dominiis, & signanter Comitatu in Dietz & Turonen, &c. quæ quondam Philippus de Sirck, ex Theoloneo Boppardiensi percepit, ac Iura, Regalia & Feuda, Abbati pro tempore Monasterij S. Maximini extra muros Treuiren: deinceps perpetuò conferendi, illumq; inuestiendi, nec non Castra Droneck, Marcha q; de Talfanck, quod Castrum cum Marcha olim Syluestres Comites tenuerunt, ac modo Rheni Comes ab Ecclesia Treuiren: tenet ulterius in Feudum, cum omnibus & singulis huiusmodi Comi-

N. 372.  
In specie verò de iure conferendi Regalia & feuda Abbati S. Maximini.



Comitatum, Dominiorum, omniumq; & singulorum  
 præmissorum districtibus, Dominiis, honoribus, præ-  
 eminentiis, oneribus, Iuribus, consuetudinibus, obser-  
 uantiis, pertinentiis & attinentiis quibuscunq; & qua-  
 libuscunq; mero quoq; & mixto Imperiis, ac etiam  
 exercitio Iurisdictionis temporalis, sicut eadem bonæ  
 memoriæ, Sui Prædecessores, Archiepi Treuren: ha-  
 tenus habuerunt & possederunt, seu ipse Ioannes ha-  
 buit & possedit, seu habet & possidet, habereq; seu  
 possidere quomodolibet deberet, contulimus, & de eis-  
 dem ipsum inuestiuimus, conferimusq; ac Ipsum de  
 eisdem tenore præsentium, gratiosius inuestimus; No-  
 stris tamen & Imperij Sacri, ac aliorum quorumcunq;  
 Iuribus & libertatibus, in præmissis semper saluis &c.  
 Datum in Ciuitate nostra Imperiali Wormaciensi, 15.  
 die Mensis Iulij. Anno Domini 1495. Regnorum nostro-  
 rum Romani decimo, Hungariæ verò sexto, Annis.

Littera Aa.

DECISIO ROTÆ ROMANÆ,

CORAM

Reuerendissimo Coccino Decano,

In causâ

Treuren:sis Abbatia S. Maximini.

CONtra decisionem, in hac causa factam, in qua fuit  
 resolutum, electionem non substineri, tria oppone-  
 bantur. Primum; quod non omnes nullitates opposita  
 subsisterent. Secundum; quod Electores possunt iuuari  
 consuetudine hoc modo eligendi. Tertium; quod in o-  
 mnem euentum ista erat electio per compromissum, cū  
 scrutinio mixtum, & ideò poterat substineri. His tamen

N. 373.  
 Dubiis à  
 parte Mo-  
 nasterij  
 motis, non  
 obstanti-  
 bus, Electio  
 Agritij Mo-  
 nachi pro  
 nulla habe-  
 tur.

Y 4

non